



unquam. Quid noua hac editione libri hu-
ius satis superque cogniti praestitum sit a no-
bis, sola uel inspectio eiusdem quemque do-
cebit. Libello undiquaque ornando nauau
operam, hoc prorsus consilio, ab eodem ut
in uniuersum, qua patet, sanctiorem DEI
coetum, plurimum emolumentum redundaret.
Id negotii uero datum mihi esse credidi, ut,
quam fieri potuit, studiosissime perlustrarem
omnia. Innumera, proinde, quae in prio-
rem irreperant, menda ex hac editione
penitus tollenda, duxi, seduloque in id in-
cubui, ut singula accuratius distinguerentur,
praecipua argumentorum, obiectionum, re-
sponsumque capita, diligentius plurimis
in locis emendata, concinnius digesta, certo
denique adstricta interuallo, alia longe facie
ac forma, quam olim apparuere, prodirent.
Non tantum nouos adiecimus indices, uerum
etiam rerum indicem cum mutauimus, tum

) (2

locu-